

REPUBLICA UNIVERSITATIS SALAMANCAE

Censura.



ommentarium pereruditum
ad titulum .ff. de interdictis,
& relegatis in duos libros di-
uisum, Iosephi Fernãdez, &
Retes. I. C. Hontiuerensis, Su-
premi Senatus decreto vidi summa q, cum
voluptate semel, & iterum, dignum iudico,
in Belgio recudatur ac diuulgetur Matriti
Septimo idibus Iulij anno de 1642.

*Licenciatus Don Ildephonsus
de Larrea.*

Salutem et sequo...
Mago...



BA

b

Sum

Ad Lectorem



Rodit, humanissime
lector, labor exigu-
us, ne te alias fastidi-
ret, & verè prodit
meticulosus, ne ad
huc invisus petulan-
tię accusetur, qui vix
duum & viginti an-

norum puer in sacra vatum penetrare aude-
at. Et ægre fortasse feres eum, qui nondum
tempus discendo habuit, velle docere, sed
neutrū horum affectat. Postquam [Salmani-
cà decessi, eò (sic vota concipio, Deus det)
rediturus, vix aliquo loci pedē fixi, iam Ma-
dridi, iam in Pace-Augusta, iam Vallis-Ole-
ti commoratus, quæ ciuitates non confines
sunt, sed longo itineris intervallo distantes.



I
LIBER PRIMVS,
DE INTERDICTIS, ET
RELEGATIS.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

*Prisco iure pœnâ capitis puniebantur ciues Ro-
mani, ut Horatius, Manlius, & Vestales,
tunc & exilium in usu, de Coriolano, Camil-
lo, & Fulvio dictum. LL. Valeria, & Por-
ciâ sanctum, ne ciuis necaretur, ne ve in ex-
ilium mitteretur. Causa introducenda inter-
dictionis: quos exulare volebant, alimonia
in civitate negabant, ut sic alias regiones
peterent, post maius spatium interdici cœ-
pit, ut Ciceroni, tandem id perfecte sancitum
sub Augusto. Interdicti bonis non exueban-*